~~I. A. 66.~~
4230

V
B J
C
4230
CIMELIA

~~I. C. 66~~
4230

~~Philosophia scholastica.~~ 403.

~~Scotistica.~~

Komorowski Joh. de Comorowo

Introductio in doctrinam doctoris subtilis etc.

Cracoviæ per Hier. Victorem. 1519.

I. A. 66.
4230

B V C
42
CIMEL

I. C.
423



# Introductio in doctrinam doctoris ſubtilis

modos diſtinctionum & idemtitatum alios quoqꝫ terminos obſcuriores eiuſdem doctrinæ declarãs, antiquorum Scotiſantium dicta ſaluans rationibus quorundam recẽtiorum quibus impugnantur ſolutis, in gymnaſio Graccouieñ cõgeſta.

Cim. Qu. 4230
BIBLIOTH. UNIV. IAGELLONICAE

**DIſtinctiones quibus** vtunt̃ Scotiſantes ſunt ſeptẽ vidilicet. Rationis ex natura rei. Formalis. Realis. Eſſencialis ſe totis ſubiectiua: ſe totis obiectiua. & qa idẽtitas & diſtinctio ſunt oppoſita, & quot modis dicitur vnum oppoſitorũ tot modis & reliquum: ideo tot ſunt modi idemtitatũ, quot dicti ſunt diſtinctionũ. Ad quorum declarationem generalem. Primo de ſingulis exẽpla ponentur: deinde deſcriptiones ipſarum & modi quibus fiunt & cognoſcunt̃, dicentur. Tercio addentur aliqua de illatione vnius diſtinctiõis & idemtitatis ex alia. Quarto rationes quędam cõtra pluralitatem illarum diſtinctionum diſſoluentur. ¶ Primũ patet in hac formula ſubiecta. Sed ante omnia ſciendum eſt: diſtinctionẽ eſſe relationem quandam quę neceſſario reqrit duo extrema, quæ illa diſtinctione ab inuicem diſtinguuntur: & hoc etiam tenẽdum eſt de idẽtitate oppoſita diſtinctioni.

Quod diſtinctio ē relatio.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Diſtinctio | Rationis | vt inter | Cõcretũ & abſtractum, vt album & albedinem. |
| | Ex natura rei | | Superius & inferius, vt animal & hoc animal. |
| | Formalis | | ſubiectũ & ꝓpriã paſſionẽ vt hoĩem & riſibile. |
| | Realis | | Duo ſuppoſita vt Petrum & Paulum: |
| | Eſſentialis | | ~~Cauſam & effectum~~ vt ſubſtantiã & accidens. |
| | ſe totis ſubiectiua | | Decem prędicamenta. |
| | Se totis obiectiua | | Ens & eius paſſiones. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Idemtitas | Obiectiua | vt inter | Decem prędicamenta. & deum. |
| | Subiectiua | | Ea quę ſub eodem prędicamento directe continentur. vel ea quę ſunt in eodem ſubiecto. |
| | Eſſentialis | | Perſonas in diuinis |
| | Realis | | Subiectum & propriam paſſionem. |
| | Formalis | | Superius & inferius. |
| | Ex natura rei | | Abſtractum & concretum |
| | Rationis. | | Plures cõceptus eiuſdem rei ſub eadem ratione. |

**QUantum ad ſecundũ. Sci**endum ꝙ diſtinctio rationis fit per ſolum actum collatiuum ſeu comparatiuum intellectus. Ad cuius declarationem: ſciendum ꝙ duplex eſt actus intellectus ſcilicet rectus & collatiuus. Actus rectus eſt quo intelligit̃ aliquid in ſe & abſolute, vt cum intelligitur homo vel aliquid aliud per primam operationem intellectus quę dicitur ſimplicium apprehenſio .i. incomplexorũ cognitio. Actus vero collatiuus eſt quo intelligitur aliqd in cõparatione ad ſe ipm vel aliud: vt fit in ſecũda & tercia operati

Actus in- dellectus plex.

one intellectus, & p hunc actum ſit diſtinctio rationis, de qua dicit Sco
tus circa finem diſ. ſecūdę primi. Diſtinctio in intellectu eſt penes diuer
ſum modum concipiendi idem obiectū, & hoc ſiue concipiendo gram
maticaliter, vt homo hōis, ſiue logicaliter vt homo & humanitas, &
capit̄ hic ratio vt opponit̄ rei. ¶ Fit aūt diſtinctio rationis tribus mo-
dis. Primo qn̄ idem comparat̄ ad ſeip̄m aliter & aliter cōceptū vt ho-
mo eſt hō, ibi em̄ homo a pte ſubiecti diſtinguitur a ſeip̄o, poſito a par
te p̄dicati ſola ratione. Secūdo, qn̄ ens rationis cōparat̄ ad ens rationis
vt genus ad ſpeciem. Tercio, qn̄ ens rationis cōparatur ad ens reale. vt
genus ad al'. vel econtra. Vocat̄ aūt ens reale quod habet eſſe poſitiuū
circumſcripto omni opere intellectus vt intellect⁹ eſt, vel ſaltem cui il
lud eſſe non repugnat, vt ſunt omnia quæ reponūtur per ſe in p rædica
mēto. & per oppoſitum omne illud in propoſito vocatur ens rationis.
cui eſſe poſitiuum circumſcripto opere intellectus: ut intellectus eſt, re
pugnat, ut intentiōes ſecundę: negationes: priuationes: & ficta, & diffe
rūt duo vltimi modi diſtinctiōis ratiōis a primo. quia cum primo mō
ſtat idemtitas realis ſed cum alijs ſtat non idemtitas realis, nō tamen di
ſtinctio realis oppoſita idemtitati. Vbi ſciendū ꝙ non idemtitas realis
in plura ſe extēdit q̄ diſtinctio realis, quoniā nō idemtitas realis ſolum
negat idemtitatē realē, ſed diſtinctio realis vltra dicit quandā relationē
realem extremorū diſtinctorū, qm̄ aūt relatio realis nō fit niſi inter ex-
trema realia & poſitiua, ideo diſtinctio realis reqrit ambo extrema rea
lia & poſitiua quod idemtitas nō requirit. Cū ergo in ſecūdo modo di
ſtinctionis ratiōis neutrū extremorū ſit reale & in tercio tantū alterum:
ideo quantacunq; ſit ibi nō idemtitas nunq̄ erit diſtinctio realis, & ea-
dē eſt ratio q̄re cū primo mō diſtinctiōis rōis pōt ſtare idemtitas realis
& nō cū alijs, qa idētitas realis dicit relationē q̄ reqrit ambo extrema re
alia, & qa: primo mō ābo extrema pn̄t eſſe realia, & nō in reliq̄s duo-
bus ergo. ¶ Per oppoſitum idemtitas rationis fit quando idem eodem
modo cōceptum cōpat̄ ad ſeipſū. Sed cōtra iſtā diſtinctionē arguit̄ ſic
qa talis diſtinctio facta p intellectū vel ſumit̄ a re vel nō, ſi a re ergo nō
ſolū eſt rōis, ſi nō ſumit̄ a re ergo ē figmentū. Confirmat̄: nā intelligere
rē aliter q̄ ē, eſt ipſā intelligere falſo mō: ergo ſil'r intelligere aliq̄ ſecūdū
rōnē diſtincta ſine habitudine ad diſtinctionē aliquā verā & realē ē fal-
ſo mō hm̄ōi diſtinctionē rōis intelligere. ¶ Ad primū dico ꝙ diſtinctio
rōis ſortit̄ robur ex nō repugnātia rei ad ſic vel ſic cōcipi, & ex hoc ſeq
tur ꝙ talis diſtinctio nō ē pura fictio. Ad cōfirmationē v̓o dico ꝙ ītel
ligere rē alit̄ q̄ ē pōt intelligi dupliciter. Vno mō intelligēdo eā: nō eodē
mō q̄ ē: nō tn̄ ꝙ intelligat̄ mō repugnāti ſibi, vt intelligēdo lineā q̄ vni
tur materię ſenſibili: nō intelligēdo hm̄ōi materiam, nā hoc non repu
gnat rōi lineę. Aliō mō ītelligēdo rē mō repugnāti ſuę naturæ, ut intel
ligēdo deū corporeū. Dico igit̄ ꝙ ille q intelligit rē alit̄ q̄ ē ſecūdo mō
fallit̄: nō aūt primo mō, & ſic i ꝓpoſito qn̄ intelligūt̄ diſticta ſecundū
rōnē abſq; habitudine ad aliq̄ ſcd'm rē diſtincta, nō currit talis alietas.

Ratio in propoſito

Ens reale ſecundum Scotum viij. diſ. i.

Ens rōnis

Non idētitas omnio: eſt ꝙ diſtinctio

Idētitas rationis

DIſtinctio ex natura rei eſt inter illa de qbus pñt dici duo
cõtradictoria, q̊rũ alterũ eſt reale.i. qñ aliqd côuenit a
pte rei vni qđ nõ côuenit alteri: vt totũ & ps: ſupius &
inferius, totũ em̃ habet eſſe conſtitutũ: ptes aũt non: con
ſtitutũ aũt & non cõſtitutũ contradicũt. Siľr ſuperius p̃-
ter opus intellectus eſt multiplicabile in plura. Inferius
vo nõ. multiplicabile aũt & nõ multiplicabile ſũt cõtradictoria, hac
etiã diſtinctiõe diſtinguit diffinitum a diffinitiõe, qm̃ diffinitio notior ẽ
naturaliter diffinito et ipm notificat: & nõ ecõtra, & gñaliter omne con
ſtitutiuũ ſic diſtinguit a cõſtituto p ipm, ſiue illud cõſtitutiuũ ſit gñs ſi
ue dña ſiue modus intrinſecus: nec intelligo q omne conſtitutiuũ ſolũ
hac diſtinctiõe diſtinguat a ſuo cõſtituto, qa q̃dam conſtitutiua diſtin-
guũt etiã realiter a cõſtituto p ipa, materia em̃ & forma diſtinguũt rea
liť a toto cõpoſito: & ſimililer ptes integrales a ſuo toto: ſed qm̃ õe cõ

**Idẽtitas ex natura rei.**

ſtitutiuũ admĩus hac diſtinctiõe diſtinguit a ſuo cõſtituto. ¶ Et p oppo
ſitũ idẽtitas ex natura rei ẽ inter illa đ qbus non poſſunt verificari duo
cõtradictoria q̊rũ alterum eẽt reale: hoc eſt, q̃ ſic ſe habent q qcqd cõ-
uenit vel côuenire põt a pte rei vni & alteri: ita q a pte rei nulla omni-
no ẽ diſtinctio inter ipſa. ¶ Sed contra iſtã diſtinctionem arguit ſic. Di
ſtinctio ex natura rei vel ẽ p̃ter opus intellectus vel ſolũ p opus intelle-
ctus: ſi ſolũ p opus intellectus, ergo eſt diſtinctio rõis vt patet p diffini
tionẽ diſtinctiõis rationis. ſi p̃ter opus intellectus ergo ẽ diſtinctio rea-

**Diſtinctio realis capitur dupliciter.**

lis: quorum vtrũq eſt contra ea q̃ dicta ſunt. Rñdeo q diſtinctio realis
põt accipi dupliciť. Vno mõ large pro omni diſtinctione q̃ eſt ſecluſo
ope intellectus: & ſic inter diſtinctionẽ rõnis & diſtinctionẽ realem non
eſt diſtinctio media: & ſic dico q diſtinctio ex natura rei ẽ realis iſto mõ
capiẽdo diſtinctionẽ realem. Alio mõ capiť diſtinctio realis pprie q̃ eſt
inter rẽ & rem: & ſic dico q inter diſtinctionẽ realẽ & diſtinctionẽ ratio
nis eſt diſtinctio ex natura rei media & formalis.

DIſtinctio modalis eſt inter qditatẽ & modũ intrinſecum
illius qditatis: vel inter duos modos intrinſecos eiuſdẽ
qditatis: exm̃ primi vt diſtinctio inť hoiem & ei⁹ exiſtẽ-
tiam: exemplũ ſecundi: vt inter exiſtẽtiã & finitatem cu
iuſlibet creaturę: & hęc diſtinctio eſt ps diſtinctiõis ex na
tura rei & ſpẽalis modus eius & propter hoc nõ ſolet a
Scotiſantibus enumerari inter principales & gñales modos diſtinctio-
nũ: & vocať modalis a mõ intrinſeco quoniã nunq̃ ſit niſi vtrũq vel al
terũ extremũ eius ſit modus intrinſecus. ¶ Ad cuius declarationẽ ſcien

**Quiditas capiť dupliciter:**

dũ q qditas capiť dupliciter videlicet pprie & cõiter. Quiditas pprie
eſt id qđ ſignificať p diffinitionẽ qditatiuã rei. Quiditas cõiter accepta
eſt omne illud qđ includiť qditatiue in aliq̃ re: vel qđ aliqd ſic in ſe in-
cludit: ita q poteſt cõcipi vi qd ſiue ſit diffinibile pprie ſiue nõ: & hoc
mõ nõ ſolũ genera & dñę: ſed etiã pprietates & accñã & indiuidua: &
generaliter oĩa q̃ ſunt in re p̃ter opus intellectus exceptis mõis intrinſe

tis dicūt̃ q̇ditates: & iſto mō capitur quiditas in diffinitiōe diſtinctiōis modalis & infra in diſtinctione formali: nā ſic q̇ditas conuertit̃ cū formalitate & condiſtinguit̃ mō intrinſeco. Modus eñ intrinſecus nullam dat quiditatē: ſed eſt quidā gradus ꝑfectiōis intrinſece rem determinās & ꝓpter hoc q̃dam ens reale prima diuiſiōe diuidūt in q̇ditatē & modū intrinſecum: & diffinitur ſic. Modus intrinſecus eſt q̄ additus quiditati nō variat rationē formalē conſtituti ex eo & tali q̇ditate: ut ſunt realitas, exñtia, actualitas, poñalitas, nccitas, contingentia, finitas, infinitas, vita, intēſio, & remiſſio & ſic de alijs. Eiuſdem eñ ratiōis formalis eſt albedo ſiue ſit intenſa ſiue remiſſa ſiue exiſtat & ſit in actu ſiue nō exiſtat & ſit in potentia: & ꝑ hoc modus intrinſecus differt a differentia q̃ addita q̇ditati generis variat rationē formalē conſtituti ex ip̄a differētia & genere cui additur. Cuius ratio eſt q̄a differentia dr̄t realitatem diſtinctā a realitate generis quā p̄ſupponit & determinat: q̄a in quocūq; gradu intelligat̃ aīalitas adhuc intelligit̃ in tali gradu vt perfectibilis a rōnalitate vel irrationalitate: & ideo vbicūq; eſt differentia: ꝓprie accipiendo differentiā: ibi eſt cōpoſitio realitatis potentialis a q̃ accipitur genus, & realitatis actualis a q̃ ſumitur differentia: q̃ compoſitio inuenitur ī omni ſpecie p̄dicamentali. Modus aūt intrinſecus nō importat realitatem diſtinctā a q̇ditate cuius eſt modus: nec facit ꝓprie cōpoſitionē cum ipſa. Vnde q̄ñ intelligit̃ aliq̃ q̇ditas cū ſuo mō intrinſeco iſte conceptus licet nō ſit ita ſimplicit̃ ſimplex quin poſſit cōcipi illa quiditas abſq; mō illo ſaltē cōceptu imꝑfecto illius rei: tñ in re nulla ſit compoſitio: quia ſtat cū ſumma ſimplicitate rei: vt patet de ente infinito cuius cōceptus licet ſit reſolubilis in conceptū entis & infiniti: realitas tñ entis infiniti q̃ eſt deus eſt omnino ſimplex & nullo mō reſolubilis ī plures realitates. Dixi aūt ꝙ res abſq; ſuo mō intrinſeco cōcipitur conceptu imꝑfecto: quia nō eſt cōceptus ꝑfectus illius rei niſi concipiat̃ cū illo vel ſub illo mō intrinſeco: exemplū ſi eſſet albedo in q̃rto gradu intenſiōis quantūcūq; eſſet ſimplex in re, poſſet tñ concipi ſub ratione albedinis p̄ciſe, ſed tūc eſſet cōceptus eius imꝑfectus q̄a inadeq̃tus: cum ſit cōis albedini illi & alteri cuicunq;. poſſet etiā cōcipi ſub ratione albedinis tantę: & tūc ꝑfecte cōciperet̃: quia cōceptu adeq̃to & ꝓprio ipſius rei. Ex q̊ ſequitur ꝙ licet ſit diſtinctio inter illud a q̊ accipit̃ conceptus cōis deo & creaturę: puta ens cōe vtriq; & illud a q̊ accipitur cōceptus ꝓprius: non tñ eſt diſtinctio realitatis & realitatis: ſed diſtinctio realitatis & modi ꝓprij intrinſeci eiuſdē: q̃ diſtinctio ſufficit ad habendū cōceptū imꝑfectū & perfectū de eodem, quorū imperfectus ſit cōis & perfectus ꝓprius: ſed cōceptus generis & differentię req̄rūt neceſſario diſtinctionē realitatū & nō tm̄ eiuſdē realitatis & ſui modi. Iſtud pōt declarari ſic: ſi ponamus aliquē intellectū ꝑfecte moueri a colore ad intelligēdū realitatē coloris & realitatē differērię: quantūcūq; habeat ꝑfectū cōceptū adeq̃tū primę realitatis a q̃ accipit̃ cōcept⁹ gn̄is: nō tñ habet in hoc conceptū realitatis a q̃ accipit̃ [illegible] ſed habet ibi duo

Modus intrinſeci diffinitio

In q̊ differt mod⁹ intrinſec⁹ & differentia.

obiecta formalia q̃ nata ſunt terminare diſtinctos cõceptus ꝓprios. Si
aũt eſſet tantũ diſtinctio in re ſicut realitatis & ſui modi nõ poſſet intel
lectus conceptũ propriũ habere illius modi intrinſeci & nõ rei, ſed in il
lo conceptu ꝓprio haberet vnũ obiectũ adeq̃tũ illi ſcilicet rẽ ſub mõ.
Sed cõtra p̃dicta arguit probando ꝙ etiã modus intrinſecus variet ra-
tionẽ formalem ſicut & differentia. vt patet de finitate & infinitate: alia
enĩ ẽ ratio entis infiniti vt dei & alia entis finiti vt creaturæ: & ſilr argu
eret de nec̃itate q̃ eſt modus intrinſecus dei & cõtingentia creaturę. Ad
hoc reſpondẽt qdam ꝙ modus intrinſecus variat ſolũ rationẽ qditati
uam, accipiẽdo rationẽ quiditatiuã ꝓ cõceptu qditatiuo: differẽtia vero
variat rationẽ qditatiuam & formalem: & ideo in diffinitione modi in-
trinſeci nõ dicitur ꝙ non variet rationẽ quiditatiuã ſed formalẽ. Dicũt
etiam ꝙ rõ qditatiua & formalis cõuenit ſolũ ſpeciei ſiue ſpecialiſſime
ſiue ſubalterne, & omnis & ſola talis habet genus & differentiam vt pa
tet per Porphirium in p̃dicabilibus: ſed ratio quiditatiua tantũ põt cõ
uenire omnibus alijs habẽtibus conceptũ cõem qditatiuũ & ꝓpriũ q̃li
tatiuũ: ſiue iſte q̃litatiuus ſit differentia ſiue modus intrinſecus. Sed ali
ter & forte meli⁹ dicit ꝙ licet ſit alia ratio formalis dei & creaturę: hoc
tñ non eſt ꝓpter modos intrinſecos ſed ꝓpter diuerſas realitates quas
cõſequunt diuerſi mõi intrinſeci. Nam ens infinitum in effectu ſeu in re
eſt talis naturę, ad quã ſequit imediate infinitas intenſiua. Ens aũt finitũ
eſt talis natura in ſe formaliter ad quã imediate ſequitur finitas intẽſiua
q̃ due naturæ in re: ſe ipſis eſſencialiter diſtinguunt & nõ p̃ciſe p finitatẽ
& infinitatẽ a qbus tñ quantũcũq; ſint diuerſę, põt intellectus abſtrahe
re vnũ conceptũ videlicet entis cõem vtriq;, & ꝓpter hoc Scot⁹ 8 diſ.
1. q. 3 dt ꝙ deus & creatura nõ ſunt primo diuerſa in cõceptibus: q̃uis
ſint primo diuerſa in realitate: quia in nulla realitate conueniũt, & quo
modo poſſit eſſe conceptus communis ſine conuenientia in re vel reali-
tate circa ſequentem dicetur diſtinctionem.

DIſtinctio formalis eſt inter duas formalitates quarũ neu-
tra includit aliã p ſe primo mõ. i. q̃rũ neutra eſt de eſſen-
tia alteri⁹, vt patet de homine & riſibilitate, & hęc diſtin
ctio etiã dicit qditatiua: qm̃ formalitas in ꝓpoſito idẽ ẽ
ꝙ quiditas accipiẽdo qditatẽ gñaliter ꝓ omni illo qd
põt cõcipi, vt qd ex natura rei. vt ſup̃ dictũ eſt. Ex q̃ pa-
tet ꝙ inter modos intrinſecos & qditatẽ cuius ſunt modi nõ ẽ ꝓprie di
ſtinctio formalis: qa modi intrinſeci nõ ſunt qditates aut formalitates
vt paulo añ dictũ eſt. Dictũ aũt eſt ꝓprie quia licet inter modos intrin
ſecos & quiditatẽ cuius ſunt: nõ ſit diſtinctio formalis poſitiue accepta
& vt eſt diffinita: tñ põt poni diſtinctio formalis negatiue. Ad cuius de
clarationẽ ſciendum ꝙ diſtinctio formalis capit dupliciter, vno mõ ne
gatiue, & ſic inuenit inter illa q̃rũ neutrũ eſt de quiditate alterius ſiue il
la ſint formalitates ſiue nõ. Alio mõ poſitiue ad quã requirũt due cõdi
tiones q̃ expreſſe ſunt in diffinitione diſtinctiõis formalis quarũ prima

Quomõ inter qditatem & modos intrinſecos ponitur diſtinctio formalis.

eſt. ꝙ ſit inter duas formalitates ſeu ꝗditates. Secūda ꝙ neutra illaꝝ in
cludat aliam per ſe primo modo ſeu quiditatiue. ℂ Per oppoſitum
idemtitas formalis eſt quando illud qḋ eſt idem includit illud cui ē idē
quiditatiue ſeu in primo modo dicendi per ſe, vt homo eſt idem forma
liter animali & rationali, vtrumqꝫ enim includit in ſua ratione formali.
Ex quo patet ꝙ omne inferius eſt idem formaliter ſuo ſuperiori. quoni
am inferius includit in ſua quiditate ſuum ſuperius. Aliqui tamen am/
pliant idemtitatem formalem & dicunt quod omnia iſta dicuntur eſſe
idem formaliter quibus conuenit tātum vna ratio formalis & quiditati
ua ſicut ſunt omnia indiuidua eiuſdem ſpeciei, ſed hoc eſt improprie &
abuſiue vti idemtitate formali. ℂ Sunt autem quattuor modi genera
les quibus cognoſcitur diſtinctio formalis. Primus ex diſtinctione ab/
ſoluti & reſpectiui neqꝫ enim abſolutum eſt de quiditate reſpectiui nec
econtra, & ideo omne abſolutum diſtinguitur formaliter ab omni re/
ſpectiuo & econtra. Secundus ex diſtinctione prȩdicamentorum quoni
am cum eſſenciȩ prȩdicamentorū ſint impermixte, ita ꝙ nullum illorū
includit formaliter aliud nec aliquid eius: ideo quicquid cōtinet̄ in vno
p̄dicamento diſtinguitur formaliter ab omnibus quȩ ſunt in alijs p̄dica
mentis. Tercius modus eſt ex differencijs oppoſitis, nam & differētiȩ op
poſitȩ & cōtenta ſub illis differunt formaliter. Quartus ſumit̄ ex diuer/
ſitate diffinitionū, quorumcumqꝫ em̄ diffinitiones ſunt differētes, ita ꝙ
neutra ſit pars alterius, illa diſtinguunt̄ formaliter. ℂ Sed contra prȩdi
cta arguitur de ſuperiori & inferiori ꝙ ſint diſtincta formaliter, quia ſe
cundū intētionē Scoti 16 diſ. q. 1. ij. omnia ſuperiora vnitiue continent
a ſuis inferioribus: ſed ad talem continētiam vnitiuam requiritur diſtin
ctio formalis & idemtitas realis inter continens & contentum vt ibidē
dicitur ergo. &c̄. Et confirmatur ſic propoſitum, quia q̄cumqꝫ dicunt a
liam & aliam rationē formalem diſtinguuntur formaliter: ſed ſuperius
& inferius dicūt aliā & aliam rationē formalem (cum ratio inferioris ſit
extra rationem ſuperioris) ergo ſuperius & inferius diſtinguūtur forma
liter. Reſpondeo cōcedendo id eſſe de mēte Scoti, ꝙ ſuperius diſtingui/
tur formaliter a ſuo inferiori: licet inferius ſit idem formaliter ſuo ſupe/
riori, ita ꝙ cum diſtinctione ex natura rei mutua ſtat idemtitas formalis
non mutua. ℂ Ad cuius declarationē ſciendū ꝙ ſicut ſecundū Ariſto.
5. Metha. quȩdam relatiua habēt inter ſe relationem mutuam, vt patet
de patre & filio, non ſolum em̄ pater habet relationē realem ad filium:
ſed etiam ecōtra filius ad patrem. Aliqua vero habent relationem non
mutuam quæ ſcilicet in vno extremo eſt tantum fundamētaliter ſeu for
maliter, & in alio ſolum terminatiue, vt patet de ſcientia & ſcibili, ſcien
tia em̄ habet relationem realem ad ſcibile, ſed non econtra niſi termina
tiue: illa em̄ relatio q̄ ineſt ſcientiȩ vt fundamēto, terminatur ad ſcibile.
Similit̄ eſt de diſtinctione & idemtitate, quȩ etiā ſunt quædam relatiōes.
Eſt ergo inter inferius & ſuperius idemtitas formalis non mutua, quia
ſolū inferi⁹ idemtificatur ſuperiori: & nō ecōtra vt patet ex diffinitiōe

Idemtita
tis forma
lis diffini
tio.

Quattuor
mōi inue
ſtigādi di
ſtinctionē
formalem.

Quod ſu
perius di
ſtinguitur
formalit̄
a ſuo infe
riori: licet
inferi⁹ ſit
idem for
maliter ſu
periori.

idemtitas formalis [illegible]
tas ſolum eſt in inferiori ſubiectiue: in ſuperiori vero nõ [illegible] terminati-
ue & oppoſitum eſt de diſtinctione formali inter ipa: ſed qa doctor ple-
rũ q vocat illa eadẽ formaliter quorũ vnũ eſt de eſſentia alterius. vt in
4. diſ. xij. q. 1. & in 7 Meth a. q. 1 iõſcoti ſantes antiq abſolute dicebant
iferi⁹ & ſupi⁹ eẽ idẽ formaliter. Ad cõfirmationẽ q̃ videt̃ oñdere diſtin
ctiõem formalem etiã inferioris a ſuperiori dicit̃ q maior eſt falſa quia
nõ q̃cunq alietas ratiõis formalis infert diſtinctionẽ formalem. ſed op
ter neutram includi in altera p ſe primo mõ cuius oppoſitũ eſt in ppo
ſito: quia ratio ſuperioris includitur p ſe primo mõ ĩ ratione inferioris:
licet nõ ecõtra: & ideo ſolũ pbat ſuperius diſtingui formaliter ab infe-
Quomodo differunt. riori: ſed nõ ecõtra. ¶ Pro maiori declaratione huius diſtinctiõis & ſe-
quentiũ ſciendũ q hęc q̃ttuor Res, Realitas, Formalitas, & conceptus
pprie accepta habent ſe ſecundũ magis & miꝰ cõmune: & cõmuniſſi
mum inter ea eſt conceptus: quoniã omnis res omnis realitas & omnis
formalitas põt dici cõceptus ſed non ecõtra res aũt quia in bona cõſe
quentia infert reliq̃ tria: & nõ infertur ab eis eſt inter illa vt miꝰ cõmu
ne. Dixi aũt pprie accepta qa aliter acceptiões eorũ cõfundunt̃. Nã re
alitas q̃nq accipit̃ gñaliter p omni ente poſitiuo qđ habet eſſe ex na-
tura rei: quãdoq p mõ intrinſeco p quẽ omnia q̃ ſunt in eodẽ reantur
& actu habent eſſe reale ṽtute agentis ipa pducẽtis: & ſilr diceret̃ de re
Cõceptus ac formalitate. Vnde cõceptus eſt obiectũ qđ actũ intelligẽdi terminat
ſeu qđ cõcipitur: & dicit̃ tã de intentionibus q̃ de realibus. Formalitas
Formalitas. aũt dicit̃ ratio p ſe cõceptibilis: q̃ eſt in re ex natura rei: & dicit̃ tã de his
q̃ ſunt in p̃dicamẽto: q̃ de his q̃ ſunt extra p̃dicamentũ ſeu tranſcenden
tibus dũmõ ſint realia & poſſint p ſe concipi, & p hoc q dico realia ex
cluduntur omnia entia ratiõis. p hoc aũt q addit̃ vt poſſint per ſe con
cipi, excludũtur modi intrinſeci. Vnde ſic diffinitur: formalitas eſt ratio
obiectiualis in re ex natura rei quã non optet mouere intellectũ dũmõ
poſſit actũ eius terminare. Ex q̊ patet q relatiões reales poſſũt dici for
malitates, quoniã poſſunt actũ intellectꝰ terminare, & licet nõ poſſint
eũ mouere quoniã nihil mouet intellectũ ad intellectionẽ niſi ſit abſolu
tũ: tñ formalitas ſic accepta conuertitur cũ q̃ditate vt ſup̃ dictũ eſt. No
men aũt formalitatis venit a forma accipiẽdo formã p̃ciſe p quãcũq
ratione ſub q̃ ex natura rei aliqd põt cõcipi. Realitas aũt dicitur omne
Realitas. ens poſitiuũ cui reſpondet ad extra aliq̃ vnitas ex natura rei circumſcri
pto omni actu intellectus & abſtractiuo & intellectiuo vt ſunt decẽ ge-
nera gñaliſſima: & q̃cunq ſunt in recta linea p̃dicamentali & differen-
tię ſiue ſint gñice ſiue ſpecifice ſiue indiuiduales & pprię paſſiones p̃di-
camentales: qa omnibus iſtis correſpondet aliq̃ vnitas ex natura rei p̃-
ter omnẽ actus intellectus: addit̃ aũt circũſcripto omni actu intellectus
etiã abſtractiuo pp̃ter tranſcẽdentia cõia deo & creaturæ vel pluribus
p̃dicamentis: quoniã talibus tranſcẽdentibus nõ correſpõdet aliq̃ vni-
tas ſecluſo omni actu intellectus abſtractiuo. Vnde realitas ſic accepta

non dicitur de aliq̊ cōi niſi ſit p̄dicamētale:& ꝓpter hoc Scotus 7. diſ. 1. d̄r ꝙ deus & creatura ſunt primo diuerſa in realitatibus, qa in nulla realitate cōueniunt, licet cōueniunt vno cōceptu entis realis. Res aūt ꝓprie dicit̄ conſtitutū vel ſimul totū q̊d ſcilicet ſic eſt res vt non aliqd rei p̄ciſe, quia q̄ ſunt aliqd rei p̄ciſe, non res ſed realitates dicunt̄, vt in albedine color & differentia q̄ differt a nigredine ſunt due realitates cōſtituentes qditatiue vnā rem q̄ eſt albedo. Ex quo ſequit̄ ꝙ in vna re p̄nt includi multę realitates & ꝑ cōſequens multę formalitates & multi conceptus. Prȩterea ſciendū ſcd̄m Scotū diſ. 46. q. 3 q̄rti ſen. ꝙ eadē eſt diſtinctio rei & rei: realitatis & realitatis: formalitatis & formalitatis, ſicut ergo res quȩdam eſt eſſentię, q̄dam exiſtētiæ ſic realitas quædam eſt eſſentię q̄dam exn̄tię, prima realitas appellat̄ obiectiua, ſecūda appellatur ſubiectiua, prima ideo dicit̄ obiectiua, qa pōt eſſe obiectum intellect⁹, & ideo eo modo quo aliqua res pōt eſſe obiectum intellectus & intelligi: eo modo imꝑtat realitatem obiectiuā: ita ꝙ ſi eſt ꝑ ſe obiectū intellectus & per ſe intelligitur & nō ſcd̄m accn̄s vel cum alio aut ſaltē pōt ſic intelligi: ſic per ſe importat realitatem obiectiuam. Sed realitas ſubiectiua ideo dicit̄ ſubiectiua qa ſubijcitur quiditati & naturæ qditatiue, & cum ſingulare vt ſingulare eſt ſit ſubiectum quiditatis, ideo appellatur res vel realitas ſubiectiua. Res ppe

Realitas diſtinctio

DIſtinctio realis eſt inter ea quæ ſe habent vt res & res: & nō aliquid rei prȩciſe. Ad cognoſcendum aūt quę ſe habent vt res & res: ponuntur ſex modi generales (quibus etiā inueſtigari pōt diſtinctio realis, qm̄ per ſingulos illorum concludi pōt) quorū primus eſt, quando unū eſt cauſa alterius, & ꝑ iſtum modum cōcluditur diſtinctio realis inter cauſam & effectum, qm̄ nihil cauſat ſeip̄m. Secundus quando vnū eſt generans: & aliud genitum. & ꝑ iſtum modū inueſtigatur diſtinctio realis inter patrem & filiū etiā in diuinis. Tercius quādo alterū eſt ꝓducens & alterum ꝓductum licet non ſit cauſatū nec generatū ab illo: & per iſtum modū cōcluditur diſtinctio realis ſpiritusſancti a patre & filio in diuinis. Quartus qn̄ vnū pōt generari vel corrumpi alio nō generato vel corrupto, & per iſtum modum cōcluditur diſtinctio inter ſuppoſita eiuſdem ſpeciei vel diuerſarū, ſimiliter int̄ ſubſtantiā & accidens. Quintus qn̄ alterꝝ pōt ſeꝑari ab altero & ſeꝑatim cōſeruari, & ſic cōcludit̄ diſtinctio realis int̄ aīam & corpus in eodē hoīe. Sextus qn̄ ſunt in rebus realiter diſtinctis, & ꝑ iſtū modū inueſtigat̄ diſtinctio realis inter relationes oppoſitas. vt inter paternitatē & filiationē.

Sex ſunt mōi inueſtigādi diſtinctionē realem.

¶ Per oppoſitū illa ſunt idē realiter q̊rū vnū nō ē cauſa nec generans nec ꝓducens alterius, nec vnū pōt gn̄ari vel corrumpi ſine altero: nec ſeꝑari ab eo. nec ſunt in rebus realiter diſtinctis. Omnes iſte cōditiones ſunt accipiendę copulatiue. qa vna nō ſufficit ſine alia ad cōcludendā idemtitatē realem. ¶ Cōtra p̄dicta arguit̄ ſic, ſi diſtinctio realis eſt int̄ rē & rē vel accipit̄ ibi res vt d̄r a reor reris: vel vt dicit̄ a ratus rata ratū ſed neutꝝ:

Idemtitatis realis ſex conditiones.

pōt dici. ꝙ nō primū, patet qa res: vt d'r a reor reris cōis eſt ad oīa etiā ficta ergo inter ficta vt inter chimeram & hircoceruū eſſet diſtinctio realis, qđ eſt falſum, qđ etiā nō ſcđm, ꝓbatur qa res vt dicit̄ a rat⁹ ta. tū idem eſt ꝙ ens ratū: ſed ens ratū ſcđm Scotū 36 diſ. 1 dicit̄ etiā d' his q̄ ſunt in potētia obiectiua q̄ ſunt puꝝ nihil, vt ibidē tenet Scotus q̄m nō differūt a figmentis, niſi p hoc qa figmētis repugnat hr̄e verū eē his autē nō repugnat, ſi ergo diſtinctio realis eſt int̄ rē & rem, vt res dicit̄ a ratus, ſeqtur ꝙ inter ea q̄ ſunt in poña obiectiua & purū nihil eſſet diſtinctio realis: qđ eſt falſū: qa diſtinctio realis cū ſit relatio realis & actualis requirit extrema realia & poſitiua: alias relatio eſſet maioris pfectionis entitatis q̄ eius extrema: Rñdendo dico primo ꝙ hęc diuiſio rei ſcilicet vt dicit̄ a reor reris: & ratus ta. tū: magis ponit̄ ad intentionē Henrici Gandeñ q̄ Scoti vt patet ex 3 diſ: 1. q. 5 pterea 3 q. q. d't ipſe Scotus qđ res cōiſſime accipitur ꝓ vt ſe extendit ad q̄dcūq; qđ nō eſt nihil, & qđ nō includit cōtradictionē vt ibidē exponit: ficta aūt includūt contradictionē & ideo ſcđm ipm q̄cunq; mō capit̄ res nō d'r de fictis: ſed pſuppoſita ỽitate illius diuiſiōis: dico ſcđo ꝙ diſtinctio realis eſt int̄ rem & rē nō vt res dicit̄ a reor reris: ſed a ratus ta. tū, & qa res ſic accepta ſicut & ens ratū capit̄ duplicit̄ ſcđm Scotū 36 diſ. 1. vno mō ꝓ illo qđ habet verū eſſe ſiue eēntię ſiue exiſtentiæ: qa unū nō eſt ſine altero: & res ſic accepta vocat̄ res exñtię q̄ pōt eſſe in omni pdicamēto: & res ſubſiſtētię q̄ ſolū in pdicamēto ſubſtantiæ inuenit̄. Alio mō ens ratū d'r qđ diſtinguit̄ a figmētis cui ſcilicet nō repugnat verū eē eēntię vel exñtię, & hoc vocat̄ res eēntiæ. Ideo dico tercio ꝙ diſtinctio realis eſt int̄ rē & rē: accipiendo rē ꝓ ente rato primo modo & non ſecundo modo.

A qua re accipit̄ diſtinctio realis

Res exñe. Res ſubſiſtentię. Res eēntię

Diſtinctio eſſētialis ē inter duas res q̄ pñt ſepatim exiſtere: & cognoſcit̄ tribus modis. Primo p realē exiſtētiā vnius ſine altero. q̄cunq; em̄ p aliquā potentiā pñt ſepari ab inuicē diſtinguūt̄ eſſentialit̄ vt Sortes & Plato. Secūdo p dependentiā eſſētialem q̄ cauſatum dependet a ſua cauſa vel cauſatū poſterius a priori cauſato eiuſdē cauſę, exēplum primi vt lucere, & illuīare dependent a ſole ſicut effectus a cauſa: exēplū ſecundi: vt illuīare dependet a lucere ſicut poſterius cauſatū a priori cauſato. Tercio p diſtinctionem gñericā & ſpecificā. Et p oppoſitū idētitas eſſētialis eſt int̄ illa q̄rū neutrū pōt eſſe ſine altero p quācūq; potentiā. Et nota ꝙ diſtinctio eſſentialis nunq̄ ſepat̄ a diſtinctiōe reali nec ecōtra niſi in diuinis. Cuius cauſa ē qa diſtinctio realis ꝓprie eſt diſtinctio ſuppoſitorū & eſſētialis naturarū: & qa in creaturis ad diſtinctionē ſuppoſitorū ſeqtur diſtinctio naturarū & non in diuinis: quoniā in creaturis q̄t ſunt ſuppoſita tot eſſentię. In diuinis aūt ſunt tria ſuppoſita hñtia unā naturam ſeu eſſentiā in numero, ideo ſolū ibi inuenit̄ diſtinctio realis ſine eſſentiali. ¶ Cōtra pdicta arguit̄ pbando ꝙ diſtinctio eēntialis ſit eadē cū formali ſic q̄cunq; diſtinguunt̄ eſſentialit̄ diſtinguūtur formaliter, & ecōtra; q̄cunq; diſtinguūtur formaliter, etiam diſtinguunt̄ eſſentialiter ergo &c. Añs ꝓ pri-

Idētitas eſſentialis

mā p̄tē patet q̄ꝛ diſtinctio eſſentialis p̄ſupponit formalem vt maior mi
norē ſed ꝓ ſcd̉a pte ꝓbatur q̄cunq̧ diſtinguūtur formaliter, diſtinguū
tur q̄ditatiue (quoniā formalitas & q̄ditas cōuertunt̉ vtſup̄ dictū ē) ſed
q̄cunq̧ diſtinguūtur q̄ditatiue diſtinguūtur eſſentialiter (quoniā q̄ditas
& eſſentia idē ſunt) ergo a primo ad vltimū q̄cunq̧ diſtinguūt̉ formali
ter, etiā diſtinguunt̉ eſſentialit̉. Reſpōdeo ꝙ diſtinctio eſſentialis maior
eſt q̄ diſtinctio formalis. & iō prima pte añcedentis cōceſſa: negat̉ ſecun
da videlicet ꝙ q̄cūq̧ diſtinguunt̉ formaliter, etiā diſtinguunt̉ eſſentiali
ter, & ad ꝓbationē d̉r ꝙ q̄ditas & eēntia nō ſunt idē adeq̄te ſeu cōuerti
bilit̉: qd̉ patet dupl̉r. Primo q̄a cū vnitate eſſentię pñt ſtare multę q̄di
tates vt patet in diuinis, q̄a in deo ſunt multę quiditates videlicet entis,
ſubſtātię, ſpūs, & oīm attributoꝝ, & tñ ibi ē tantū vna eſſentia. Scd̉o
q̄a q̄ditas eſt magis abſtracta q̄ eſſentia, & in ꝓpoſito eſſētia a q̄ deno
minat̉ diſtīctio eſſentialis accipit̉ ꝓ q̄ditate cū exñtia. Ex q̄ patet ꝙ plꝰ
req̄rit̉ ad diſtinctionē eſſentialē q̄ formalē ſeu q̄ditatiuam, nā ad diſtin
ctionē formalem ſufficit habere aliā & aliam quiditatē: q̄rum neutra in
cluditur in alia ꝑ ſe primo mō, vtſup̄ dictū eſt. ad diſtinctionē aūt eſſen
tialem vltra hoc requiritur alia & alia exiſtentia actualis quia quorum
eſt ſimpliciter vna exiſtentia impoſſibile eſt ſepatim exiſtere.

Per quid differunt quiditas & eſſentia.

Quō accipitur eſſentia vt ab ea denoīatur diſtinctio eſſentialis.

Distinctio ſe totis ſubiectiua eſt inter illa q̄ nō cōueniunt q̄di
tatiue in aliq̄ cōi realitate: hoc eſt q̄ditate p̄dicamētali cōtra
hibili ad ipā: & ſic decē p̄dicamenta & inter ſe & a deo drñt
ſe totis ſubiectiue, & q̄cunq̧ ſic differūt ſunt primo diuerſa
in realitate. Et ꝑ oppoſitū idemtitas ſubiectiua eſt inter illa q̄ cōueniūt
quiditatiue in aliq̄ realitate poñali cōtrāhibili ꝑ differentias oppoſitas
hoc eſt q̄ cōueniūt in aliquo gñe p̄dicamentali. ¶ Eſt & alius modus di
ſtinctiōis ſubiectiue & idemtitatis ei oppoſitę, ſecundū quē illa dicunt̉
diſtingui ſubiectiue quorū realitates diſtinctę ſunt & ab inuicē ſepatę in
actuali exñtia loco & ſubiecto: & ꝑ oppoſitū illa ſunt idē ſubiectiue q̄
ſimul exiſtunt in eodem ſingulari. ¶ Contra iſtū ſecundū modū argui
tur ſic: ſi ad hoc ꝙ aliq̄ diſtinguerent̉ ſe totis ſubiectiue, req̄ritur qd̉ re
alitates ipoꝝ ſeparatę ſint ſubiecto & ſitu in actuali exñtia, ſeq̄tur qd̉
corpus & aīa ſimul vnita nō diſtinguerent̉ ſubiectiue: nec etiā homo et
albedo q̄ eſt in ipō: conſequēs eſt falſū, cōſequentia eſt manifeſta, q̄a iſta
non habent realitates in loco & ſitu ſepatas in actuali exiſtentia. Falſi
tas cōſequētis patet q̄a ſi illa non diſtinguerent̉ ſubiectiue. ſequeret̉ qd̉
cōuenirent in aliq̄ realitate ſubiectiua: ſeu in aliquo actu exñdi: ſed hoc
eſt falſū, q̄a q̄cunq̧ drñt realiter & eſſentialiter, hñt aliū & alium actū
exñdi: ſeu aliā & aliam realitatē ſubiectiuā, ſed aīa & corpus ſimul vni
ta, & ſil̉r hō, & ſua albedo ſūt realiter & eſſentialiter diſtīcta ergo non
cōueniūt ī aliq̄ actu exñdi, ſeu realitate ſubiectiua. Maior ꝓbat̉ q̄a vna
q̄q̧ res ſeu eēntia hēt ſuū ꝓpriū actū exñdi, cū eſſe exñtię & eſſe eſſētię
idētificentur realiter, ſicut igit̉ corpus & aīa hñt aliā & aliā entitatē: ita
hñt aliā & aliā exiſtentiam actualem, & hęc eſt ſententia Scoti. ix. q. q.

Idemtitas ſubiectiua

Secūdus modus diſtinctiōis & idemtitatis ſubiectiue.

